34-6-1-18-

DIVINAE GLORIAE
CVRRVS ECCLESIÆ MILITANTIS HÆREDITAS
SIVE
DE S. SPIRITVS
ADVENTV
ORATIO

HABITA IN SACELLO PONT. QVIRINALI

AD SS. D. N.

INNOCENTIVM X.
PONT. OPT. MAX.

A COMITE AVGVSTINO BENTIVOLO Sem. Rom. Conu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMÆ, Typis Hæredum Franciſci Corbelletti. M. DC. XLVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

S. M. C.

INNOCENTIO DECIMO PONT. OPT. MAX.

AVGVSTINVS BENTIVOLVS. FEL.

E*CCLESIAE currus ſuper aquas, & inimica ſuper monſtra progrediens, Oratione tenebricoſa deſcriptius, ut grande lumen ſortiatur, ac pretium, prodit, B. P ſub argenteis alis Columbæ tuæ. Euanida illa, & fabricata men-*

mendacijs argonautarum nauis, præeunte Columba infidi pericula maris euaſit: veriùs tamen, vt huius ſæculi procellas declinet, triumphalis Eccleſiæ quadriga Ducem habet Columbam. Inſidias vel in ſterili ſalo prædator Turca proſeminat; atquì videri poterunt, & præcaueri, quia fluenta pleniſſima pro ſpeculo, ſpeculaque Columbis ſunt, ne accipitrum in vngues ruant. Vt rotas vmbris inuoluat ſuper mare nubila cogit tenebrarum Princeps: Sed inquilinam turrium, & amica ſolis Columba hauſtam oculis lucem ſuum transferet in currum, vt ſit illi ſplendor in circuitu, altitudo, & horribilis, dum nihil horret, aſpectus. Per dolos hæreticorum tanquam per ſtratam laqueis viam alatus idem currus incedet, atque oculatus; quia hæc alitum charis, vt cæcas rimetur aſtutias, ſuas currui pupillas accommodat ſimplices, prudentes, innocentes, vno verbo columbinas; ſuas præbet alas, vt fu-

giat maſcula fortique cum fide, vt alarum agitatione malas in fuga flammas extinguat, & bonos euentilet diuini amoris ardores: denique pace comite bellorum inter turbines exultabit currus, ac triumphabit; quia quatuor, quibus vehitur, animalia licet motu naturaque contraria non aliȷs phaleris, vinculiſque iugo ſubdit auriga Columba, quam ſuis, hoc eſt iride, quæ in die pluuiæ tot videlicet Eccleſiæ calamitatum eius collum non tam alligat, quam coronat, non alio ſollicitat ad curſum flagello, quam ramo virentis Oliuæ, cuius ictu verberis, impulſuque ſuauitas inſinuatur, & concordia, cuius foliȷs diuinæ rotis linguæ imprimuntur, vt vocalis quadriga argonautarum naui glorioſior ſuas loquatur in ipſo curſu victorias. Victricem curulem mea quoque B. P. plauſu proſequitur, atque adorat Oratio, quam ſi, vt aſſoles, benignus excipies, dum mox de legibus theſes expo-

nam, tuæ iterum audebo quærere Columbæ auſpicium, quæ leges ſcribit Orbi terrarum pennis illitis candore lucis, & characteribus Innocentiæ.

ORA-

ORATIO.

DIVINÆ Gloriæ currus, B.P.Ezechieli[a] iuxtà fluuium atque intra nebulas adumbratus, inſoliti ſigno[b] terræmotus repentè audito, ſpatia corripit, relictiſque nubium carceribus ocyore ventis cum vento hodie proſilit atque erumpit in lucem. Poſtquam enim filium hominis glorioſum ſuæ transfugam gloriæ[c] ſuper pennas ventorum, ſuper vndantia calamitatum flumina ad dexteram Patris ad ſuæ Solium

[a] *Ezechielis* C.1.
[b] *Act.*C.2.
[c] *Pſal.*103

[d] Pſ.103. lium maieſtatis euexit, quia tranſeunte in Cœlum Domino [d] tenebroſa in nubibus aqua, & nubes ipſæ tranſierunt per ſtratam non roſis, ſed pluuijs fulgoribus ſemitam, aurigante Spiritus aura in terras iterum fertur, vt Chriſti ſponſam Eccleſiam vicaria ſponſi munera ſubeuntem excipiat, quæ illius ardentiſſimè gloriam hoc igneo in curru propugnabit, dum aſſiduo miſeriarum [e] Ezechie. lis C.1. [e] turbine ab Aquilone veniente per ſaxa, ſcopuloſque raptata, ſua pugnaciſſimè fugiet à gloria. Hanc ego triumphalem pio mentis greſſu proſequor fugam; in qua non Mithridates aliquis, vt inſequentes remoretur hoſtes, aurum ſpargit in via, ſed vt ſequaces habeat amor amantes, vel aureos ignes, vel aurum profundit ignitum; non fugiens Parthus à tergo ſagittas vibrat, vt aduerſarium ſiſtat irruentem, ſed alatas idem amor ſagittas intorquet, vt nobilem ad fugam tergo alas accommodet, alas ignis atque flammarum. His alis dum præeuntem conſectamur, ne concitato diſtrahamur à curſu, breui fugacique oratione oculos figamus in rotis, quæ non defixis [f] Ezechie. lis C.1. clauis armantur, ac ſolidantur, ſed [f] pupillis.

[g] Ezechie. lis C.1. Exiens è nube vehiculum [g] nubes magna, componit, quia Cœlo auſpice nubilo non ſereno in tempeſtatibus triumphabit Eccleſia. [h] Nubem in [h] Ezechie. lis C.1. circuitu ſplendor obuallat, quia Dei Spiritus lumen cordium diuinæ huius Amazonis eſt armatura, quæ cũ Tartari tenebrionibus [i] galeata ſtel- [i] Apoc.12. Ezechie. lis C.1. lis & Sole loricata confligit. Nubem ignis inuoluit;

luit; quia idem Spiritus ignea virtus eſt, qua ve-
lut inuolucro ſagoque ad bellum proceſſura ˡ *Lucæ 24.*
indui debet ex alto. Hoc igne humani generis
aduerſarius, dum ᵐ tamquam Leo rugiens circuit ᵐ *1. Petri*
quærens quem deuoret, terrebitur, extermina- *C. 8.*
bitur, hoc non de ⁿ petra Gedeonis, ſed Chriſti, qui ⁿ *Iudic.*
petra eſt, de corde aſcendente Baalis, & cætero- *C. 6.*
rum nemora idolorum deſcendent ac deſide-
bunt in cineres; hoc ᵒ terrenis fragilibuſque Mar- ᵒ *Ioſue*
tyrum in pectoribus vi tormentorum dilacera- *C. 6.*
tis, diffractiſque coruſcante, ruent impietatis Ie-
richuntina mœnia; ᵖ hoc non præciſo Abimelechi ᵖ *Iudic.*
è ramo, ſed victrice de Cruce ſeruatoris ardente *C. 9.*
impudicitiæ Sichem, vt puriùs conflagret, inuo-
luetur. ᑫ De igne fulgur egreditur; fugitiua quip- ᑫ *Ezechie-*
pè fulgurum lux currum coronat; qui ʳ ex vna *lis C. 1.*
ciuitate in aliam fugiendo pugnabit immotus, ʳ *Matth.*
& victoriæ ſemper hærebit in gradu. ſ Quaſi aſpe- *10.*
ctus æris candentis volitant in curru ſcintillæ: ſ *Ezechie-*
ex eo enim ſurgunt incendio, quo ᵗ fortis vt mors *lis C. 1.*
dilectio ære pluſquam triplici corda munit, dum
inflammat. ᵘ Quaſi lampadum aſpectus linguæ ᵗ *Cant. 8.*
micant ignitæ, belligerantis è curru dilectionis ᵘ *Ezechie-*
ſtimuli, miſſilia, phalaricæ, lampades, ˣ haſtæ ſunt, *lis C. 1.*
quarum fulgurantium in ſplendore non tam per ˣ *Habacuc*
terrarum Orbem victores Apoſtoli, quam ipſa *C. 3.*
ibit victoria eiuſdem; non, prophani amoris in
morem, cæcutientis ſed excubias agentis, pu-
pillæ ſunt è quadriga ſcintillantes ʸ plena oculis ʸ *Ezechie-*
in circuitu. I nunc tenebrarum Princeps, inſidias *lis C. 1.*

conde

conde ſi potes aut pluuia in luce aut vigilum
ante ignes, aut vigiles ante oculos: arma moue
aut multa ſcelerum ſub nocte, aut ſub luce ma-
*Apoc.*12. ligna Othomannicæ lunæ. Deuicta [a] luna cœleſtis
[a]*Ecclеſ.*43 Heroinæ ſub pedibus erit dum Sol erit in pecto-
re, ibi fabricans arma lucis, & fornacem cuſto-
diens in operibus ardoris: pro caſſide ſplendor
[b]*Ezechie-* erit in fronte ſi [b] horribilis frõti cryſtallus incuba-
lis C.1. bit, coalita lacrymis, horrore congelata tormen-
[c]*Ezechie-* torum, ſed illuminata charitatis ardore. Sed cur
lis C 1. [c] rota vna ſuper terram apparet? nimirum non in
aëre molli, ſed lapidoſo reuoluta ſolo ſtridet ac
gemit, quia martyrum gemitus, & pœniten-
tium, ſcelera deteſtantium, ſeſeque humi pro-
uoluentium ſtridor hortamenta ſunt Eccleſiæ
properantis ad bellum, & epinicia triumphantis.
[d]*Ezechie-* [d] Aſpectus rotarum quaſi viſio maris. Sic eſt:
lis C.1. triumphalis Eccleſiæ via, [e] via maris eſt calami-
[e]*Pſal.*76. tatis & tempeſtatum. hac lubrica incertaque
via eius rota fortunæ conſtanter atque fœliciter
circumagitur, proterit vndas, ſcopulos præter-
[f]*Pſal.* 96 labitur, qui [f] ſicut cera fluunt currum regentis à
[g]*Ezechie* facie Dei. Errant: non ſuper mare rotæ ferun-
lis C.1. tur, ſed [g] viſio maris & maria ſunt fluctibus con-
[h]*Gen* C.2 globata: [h] Paradiſus voluptatis quatuor pacatis
irrigatus fluminibus deliciarum & gloriæ nau-
fragium fecit: Eccleſia quatuor inquietis euecta
maribus, ex ignominiæ naufragijs ſemper emer-
[i]*Habacuc.* get ad gloriam: & [i] cum ſint eius quadrigæ ſalus,
C.3. ab ipſis calamitatum procellis non mergitur, ſed
hono-

honorum ad culmina incolumis ac ſalua ſuſtolli-[l] *Ezechie-*
tur. [l] Rota verò in medio rotæ an non implicitæ *lis* C.1.
ſibique inuicem ſuccedentes ærumnæ ſunt, qui-
bus veluti vorticibus, hoc eſt vndis intra vndas,
quadruplex rotarum mare non alligatur, non
abſorbet, ſed impellēte Spiritu [m] qui olim fereba- [m] *Gen.* C.1.
tur ſuper aquas, motuque multiplicatis circulis
feſtinato, victores explicatur, flectitur, atque [n] *Ezechie-*
exultat in curſus: [n] Spiritus enim vitæ in rotis eſt; *lis* C.1.
quas dum agitat, agit, dum [o] vento turbinis ab [o] *Ezechie-*
aquilone ſurgente contorquet, ad metam dirigit *lis* C.1.
felicitatis & gloriæ; dum ſulcare iubet fluctus la-
crymarum, ſulcos in pelago aperit ad ſementem
gaudiorum; vt viuaces atque alatæ ruinas & ſe-
pulchra non timeant ſupra voragines rapit, du-
ris pœnarum ſcopulis, vt confirmentur vt mar-
tyrum purpura ijs adhærente colorentur, allidit,
per obſtrepentes aquæ præruptæ montes, per
intentatas tyrannorum minas, per populorum
murmura tumultuantium, ſuper calcata canti-
tantium ſyrenum capita, ſuper neglecta blan-
dientium lenocinia voluptatum, fæliciſſime du-
cit, vt [p] viuentium rotarum ad motum muſicus [p] *Ezechie-*
amor ſponſæ lacrymantis hydraulicam & cano- *lis* C.1.
ris cœli orbibus inuidendam temperet harmo-
niam; quæ terrarum Orbem non valida manu
ac terrore, ſed corde & amore debellatura flam-
meis & harmonicis amoris hodie linguis accen-
ditur, vt pro globis igneis iaculiſque ſtridenti-
bus cor ipſum hoſtium vibret in corda reſonas

ac

ac bellicoſas in lacrymas eliquatum. Auditis?
Act. C. 2. [q] editus eſt repentè de cœlo ſonus, ſuſpiriorum non claſſicorum ſonitus eſt. quibus amica mater rebellibus filijs bellum indicit ac bellat, pluuius gratiarum eſt Auſter multiplici rotarum in
[r] Ezechielis C. 3. Oceano, hoc eſt ſua ſe iactans in aula, [r] quaſi ſonus eſt ſublimis Dei: quia Deus fluuios terræ ſcindens ab auſtro venit, & eo incedente, curru
[s] Habac. C. 3. preſſa doluit [s] & dedit aquarum abyſſus vocem
[t] Ezechielis C. 1. ſuam, [t] quaſi ſonus multitudinis eſt, vt ſonus caſtrorum: hoc enim ſonitu vniuerſa fidelium multitudo ab vnitatis Spiritu conuocata per omnes
[u] Cant. 6. mundi regiones [u] vt caſtrorum acies ordinata terribilis, dum coaceruatur, diſſeminatur, cohæret dum diſſociatur, quaſi ſonus eſt fluminum
[x] Pſal. 93. præ gaudio geſtientium ac exundantiũ: [x] eleuauerunt enim flumina vocem ſuam feſto exceptura ſinu, & in omnem terram dorſo elatura triumphali Apoſtolicos igneæ legis propagatores: de-
[y] Pſal 76. nique [y] tonitrui vox eſt in rota, quo non vniones oculi maris abortiuntur ſed exoriuntur margaritæ virtutum vt [z] oculatæ curulis concreſcant in
[z] Ezechielis C. 1. pupillas. Age igitur militans Chriſti Eccleſia; glorioſum ſponſi tui currum inſcende, qui poſt-
[a] Pſal. 68. quam [a] venit in altitudinem maris, tempeſtate demerſus enatauit ad gloriam. Quid horreſcis? Fluctibus malorum extinguere non fabuloſi Phaëtontis ſed veri Solis quo incedis amicta fer-
[b] Cant. 8 uorem? [b] aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, Eche-

neides

200

neides curſum remorantes? remoras Spiritus illè diuellit qui ſe ſe rotis inſinuans, tarda neſcit molimina, procellis veluti curriculo inniti? à circumpoſitis Oceani monſtris dilacerari? Sume animos[a] ſtatura in rotis eſt altitudo & horribilis aſpectus: non obrueris, ſed vndis omnibus eminebis, horroreque ſcelera, hoc eſt ſubiecta pelagi monſtra concuties. Ne vllus tibi terror infligatur, communis omnium terror[d] ibit ante faciem tuam, falcatumque ante currum falcaria mors, quæ à[e] vitæ Spiritu rotas vrgente vt[f] impudicum luxurię Dagonem proſternat, Leuiathan ſuffocet marinum idololatriæ Draconem, vt inſidiantes Hæreſum phocas exanimet, animabitur: ſola quippe ſcelerum morte præeunte, tua Dei Spiritu gloria viuere poteſt, vigere ac triumphare. Quatuor deuecta rotis fæliciùs quatuor terrę partes proculo[h] viuis, æquoreis, oculatis, ignitis, alatis attritæ rotis lauacro ſalutis expiabuntur, oculos aperient ad fidem, charitate viuent; egregiâ efferueſcent in opera, exurgent immò euolabunt in Cœlum: Eccleſiæ namque quadrigis non inuitè, ſed vltro, & humiliter atteri, conteri ad ſalutem, & humi ad ſalutem conteri ſuper aſtra eo cum igne ſuſtolli eſt, qui etiam è duris gelidiſque cordium ſilicibus gradientium attritu rotarum elicitur in ſcintillas. Has ante rotas quia vaniſſimæ gloriæ ſuperba curulibus Roma coronatam frontem abiecit, omnium Regina terrarum frontem erigit, Cœlo inſerit & tua B. P. in-

[a] *Ezechielis C.1.*
[d] *Habac. 3*
[e] *Ezechielis C.1.*
[f] *1. Reg. C.1.*
[g] *Iſaia 27.*
[h] *Ezechielis C.1.*

coro-

corona terris dominatur & aſtris. Impe[illegible]orum bigis deuecta, hoſtium cumulata prædis, & cruore purpurata tarpeiæ Rupis cul[illegible]umphatura ſæpè conſcendit: ſed ho[illegible] lubrica ſanguine, & mobili ambitionis vento iactata nec in faſtigio ſtare potuit, nec in veſtigio: Verùm ſtat perpetuòque ſtabit in Vaticano, quia vt hanc gloriæ metam arriperet, non feruidis rotis puluerem collegit Olympicum, ſed glorioſum Christi martyrum ſanguinem, cuius vel vberi fonte vel Oceano [i] in vitam æternam faliente pro vehiculo vſa, non modo in Vati[illegible]um, ſed in ipſam ſubſultauit æternitatem. Agonalis meta theatri Romæ obeliſcus erat, cuius extremi apicis in puncto ingens è marmore currus non ſine vano adſtantium metu ne rueret dum nitebatur, effuſis habenis ipſoque immotus in motu procurrere videbatur in nubes. Nititur Eccleſiæ c[illegible]rus in Vaticano, qui [l] mons eſt plenus equorum & curruum igneorum, vbi non Eliſeus ſed ipſa Diuinitas caſtrametatur: nititur in altiſſima Petri Sede hoc eſt in petra pyramideque Maieſtatis & Sanctitatis; in ipſo nititur Deo, qui vt currum erigat, fulciat, & ad metam beatitatis, cui iam adhæret atque impendet, extimulet, pyramidatas hodierna die ſe ſe cuſpidauit in flammas: atqui dum fide manet immota, charitate [m] Spiritus impetu currum eleuante, volare videtur, & volat; dum in terris non immobili capitolij ſaxo, ſed Petri ſodet ac fundatur in vertice, ſuper haſtarum gladio-

[i] *Ioan.4.*

[l] *4. Reg.6.*

[m] *Ezechielis C.1.*

diorumque mucrones acuminaque citato curſu contendit in Cœlum . Elata in Cœlum in decliue non ruet ; quia non, [a] vt olim arca Noemi Armeniæ montes ſuperatura præcipites habuit pro rotis cataractas, ſed cœleſtium eluuione flammarum iuxta ignis ingenium in ſublime ſurgentium euecta eſt ; non nutabit, quia non inſtabili ſuperbiæ turbine ſed Spiritu de Cœlo miſſo, hoc eſt ſpirabili aura immoti Dei dum agitatur , ſuſtentatur: regnabit; quia non tam regnatricem quam prædatricem aquilam miniſtram fulminum, & excidiorum capitolij ab arce dimiſit ; [a] manumque Diuini amoris ad Columbam extendit & apprehenſam curulem in arcam intulit, quę dum columbino gemitu lamentatur, plaudit & gratulatur futuris Eccleſiæ triumphis ; dum præfert virentis Oliuæ ramum , regiæ Oleum vnctionis ſceptrumque, nullis exundantium miſeriarum naufragijs obnoxium Victricis Romæ præbet in manus , vt pietatis amœniſſimæ in reginam inaugurata vno eodemque cum Eccleſia curru triumphet , ac regnet ideò inuicta , ideò glorioſa , quia Dei gloriam pro viribus defenſura per ignominiæ vada ſcopuloſque ſua conſtantiſſimè fugit à Gloria .

[a] *Geneſ. C.7.*

Petri 1.

[a] *Geneſ. C.8.*

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE